



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

Victoria.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

NOCTUARUM NUMISMATA QUÆDAM.

CAP. XVI.

A IN numis aliquot videas Palladis ipsius simulacrum cum ingenti umbone, dextera ad oram umbonis adjecta, virga à pectore ad solum applicata, cui videtur inniti: nam virga, ut in caduceo *Brettii, sive Bruttii quid* disputatum disciplinam ostendit. Sub umbone Noctua est: inscriptio, ΒΡΕΤΤΙΩΝ. Ab altero latere caput galeatum, cum Pegaso in plano galeæ. Sunt vero Brettii, quos nos Bruttios vocamus, ut Hermolao Byzantio, qui Stephanum defloravit, placet, à Bretto Tyrrenorum civitate, quam Brettus Hercules filius condidisse fertur: quin & regio ipsa Brettia nuncupata, neque non & Lingua Aristophanes, *μέλανα δεινή γλώσσα βρεττίη παρῶν*. Antiochus autem Italiam vocatam olim Bruttiam dicit, mox Oenotriam. Alibi vero videre est in numis caput Palladis galeatum, ab' cuius altera parte Noctua est prostrato innitens carchefio, juxtaque quadrigæ cum victoria laurea circumducta cum baccis. Hujusmodi autem numos argenteos magno numero comperies. Literæ in nonnullis, quæ legi possint, ΑΘΕ, à tergo caput ipsius Palladis galeata, variique admodum sunt hi Noctuarum numi.

B VICTORIA. CAP. XVII.

Porro Noctua Atheniensibus indicium victoriæ fuit, cujus etiam volatus in adagium cessit, *Γλαυζὴ νύκτα*, Noctua volat, cum profligatos hostes, & subsecutam victoriam innuerent. Id vero sibi proponebant, propterea quod avis hæc, uti dictum, Minervæ sacra crederetur, quæ quidem dicta est etiam male consultata Atheniensium fortunare. Atque hac de causa Demosthenes oratione *ἐπι τῆς ἀρεσείας*, Solonis versus citat:

*ἡμετέρα ἡ πόλις κ' ἢ μὴ διὸς ἔποι' ἄλλῃ,
αἴσαν καὶ μακάρων θεῶν φρένας ἀθανάτων.
Τοιῆ γὰρ μεγάλου θεοῦ ἠπιοκοπῆ ὁμογενὸς πατὴρ
παλλὰς ἀθῆναιήν χεῖρας ὑπερβῆν ἔχῃ.*

Nosm quidem civitas nunquam, fato Jovis, neque Deorum immortalium arbitrio peritura est. Talis illi contigit custos, magnanima scilicet potentissimo Patre genita Pallas Athenæa, quæ manus supra caput ejus habet. In adagiis autem rebus quibuscunque feliciter, & ex animi sententia succedentibus, dici consuevit usitatissimum apud eos illud, Noctua volat.

C PECUNIÆ. CAP. XVIII.

A pud eosdem Noctuæ cesserunt in pecuniarum nomen: hinc apud Plutarchum in vita Lysan- *Didum ser- di Gylippi.* dri à Gylippi servo dictum, *Multas sub Domini sui regulis Noctuas cubitare.* Gylippus enim cum ex ingenti pecunia, quam Lacedæmonem asportare iustus erat, partem intervertisset, eam sub ædium suarum tegulis occultaverat, cumque fervorum testimonia contra Dominos non admitterentur ex lege, & irritum facerent iudicium, callide admodum ille commentus est rem aperire sub eo verborum involucro: ut indicio pecuniarum facto neque ille accusasse dominum videretur, neque jus illum violasse, Atheniensis tamen Republicæ commodo consuluisse. Alibi Noctuas Laurioticas pro pecuniis appellatas invenias, non, ut nonnulli putant, à circumducta in numis laurea, quæ admodum conspicua est, sed à Laurio Atticæ regione aurivenifera. *Aristophanes in avib. γλαυκὴς λαυρω- πικῆ.* Oserves tamen in hujusmodi numis non modo laureas circa Noctuas, sed eas laureo etiam ramo insidentes cudi, ejus dubio procul hiero-

D glyphico victoriæ, qua de superius meminimus. In aliquot procumbentem Leonem supervolat, cum inscriptione, ΑΝΤΙΟΧΟΥ, quod nimirum hostis ferocitatem Atheniensium prudentiæ succubuisse significat. Sunt aliquot numi, in quibus Noctua cum Jovis facie cusa est, eos diobolares fuisse tradunt, quibus vero Noctuæ duæ impressæ sunt, quatuor obolis expendebantur.

MORS. CAP. XIX.

A pud Ægyptios vero Noctua mortis erat hieroglyphicum, vulgatissimo jam etiam apud nos & Oratorum & Poëtarum testimonio, Noctuam lethale aliquid, aut inauspicatissimum infortunium asferre. Causam hujusmodi significationis duplicem invenio: unam, quod cum Cornix vitæ longioris symbolum habeatur, compertum est Noctuam quadam naturæ discordia, ejus nidis magis quam

